

391) 32
630

Epistola P. Generalis Minimorum ad P. P. Venetos
de verbo ad verbum Iuxta mentem, et sensum auctoris
Paraphrasi & disserta.


Quum attentis, quantum scire ac nosse possumus, Locis procul à nobis distinctis, cuius leges, et mores nefandis quidem audiimus, et instantis Misbaelitionum temporis, quo possint, ob incundas singularum domorum electiones, iurgia, quae inter vos à multis mensibus obtinent recrudescere circumstantijs; ad nos non spectet, ob loci distantiam et temporis angustias, quibus interdudimus ortam in Provincia nostra Veneta tempestatem, uti vellemus sedare, tantoque ac inueteratos animorum motus breui componere, quanto existere per mutuas concertantium dissensiones accipimus, solum possumus, quod in nostra facultate positum est, et de illius inquietudine, turbatione, ac iactatione, in qua ultro se conient ex toto corde, uti de illius discrimine ac periculo anxium dolere animique nostri sensum aperire, tactumque dolore cordis intrinsecus dicere, ac profiteri ea quae Abacucb c. i.º de suo Iudaorum Populo, rebeli, turbulento, et contumace dixit, ac in faciem ei exprobrauit. Factum est (ait ille) Judicium, et contraditio potentior propterea lacerata est Lex, et non pervenit usque ad finem Judicium; Inter vos Reu. Pres (quo vel nomine decet vos gravitatis, maturitatis, et modestiae, quam haec dignitas requirit meminisse) turpiter, ac nefarie contenditis, inuicem mordetis, inuicem laceratis; post acquisitum Sac. Congregationis Judicium, ad iniquas Cavillationes, criminationes, et contradictiones declinatis, ac per confidentiam emendicati fauoris, et secularis potentie sacrum Tribunal impugnat, veritatem quaesitis mendationum coloribus obnubilatis, et vestram ipsi conscientiam (si quam tamen vobis reliquam esse putandum est) subvertitis. et propterea Lex, quae alioquin sapientiam praestat parvulis laceratur uti vestris Christi ab Ario discerpta est, siquidem Lex divina, digito Dei scripta in cordibus nostris, quae nos docet obedire praepositis nostris, et subiacere eis, quae nos prohibet infringere ad res Ecclesiasticas pertinentibus, Iudicia secularium experiri, et nostra Regularis Observantia, quae nos non alia, quam humilitatis, et caritatis certamina



Inter nos habere instituit, adeoque favorem prorsus omnem, quo spueatur.
Lituorem quoque ac turpiditatem, qua alter aduersus alterum inflatur, proci-
quas pestes nos iubet ab omni congressu, et consensu nostro amoliri agud vos
deficit, et tantum non emortua est. Et faxit per suam misericordiam De-
omnino pereat, concidat, et aboleatur, ut non sit spes resurgendi, et maled-
pessima percutiamini, quam in eos, qui non apprehendunt disciplinam!
Propheta interrit, ut aliquando scilicet irascatur in vos Dominus, et pe-
de via iusta, qua extra Ecclesiam haberi non potest. Et iam nunc exho-
Vertiginis, qui vos occupat, sequatur, quod non ad finem quidem peruen-
exitum aliquando habeat, ipsum quod ultro, et per vos comperistis, et ta-
tempore postubatis, et efflagitatis, Judicium executorium ser. senatus
per ipsum Senatum vindicante in vos iniuriam, et Contumeliam qua
rioribus vestris, atq; maioribus irrogastis. Quapropter, ego senior in Dom-
peruigilo pro animabus vestris, quasi pro eis rationem redditurus, in vultu
Christi, qui ne perderet obedientiam perdidit vitam, pro Iure meo, quod
me vrunt scandala vestra, moneo vos, rogo, precor, et obtestor Reu. Pa-
enim iterum compello vos, ut memores esse velitis, honores, et dignitates
ut inter vos conueniatis, et concordiam pacifice, religiose, ac firmiter inue-
habitisq; procul omnibus, ac quibuscumq; dissidiorum causis, idem sap-
in Dominis, et in idipsum Studia vestra conferatis; Siquidem re bene
ta, et inde a principio in praesentem usq; statum deducta nullus vestro
culpa Liber extitit, nullus in totum se excusare potest, nullus non per-
tioni, quae agud vos viget, aut occasionem, aut causam dedit. Alius
sic, ut puta, qui praetermisso gentis suae more, quem ignorare non pot-
eius conscius, et contemptor delatus est, et creditus irrepsisse in Iudicium
audiuimus) per fas aut nefas nescimus, pertrahus est. Alius versu
quidem intemperatissime omnium qui sumpsit inde materiam in a-



insurgendi, lites, et litibus serendi, ac ambitione, qua quidem laborabat velificandi.
 Et vero ubi obliterata praeceptorum memoria simul conueneritis, ut hac saltem ratione
 priorum obliuionem erratorum inducatis, unusquisque vestrum veterem hominem
 qui secundum carnem creatus est, adeoque nihil nisi terrena sagit, deponat cum actibus
 suis ipsi utique omnibus, qui tamen peruersa vobis consilia in hunc usque diem suggererunt,
 et alios alij carnaliter, (sic enim de contentionibus loquitur noster Apostolus Iacobus)
 commiserunt, et inuicem colliserunt. Omnes ex utraque parte, ac unanimes quidem
 factorumque penitentes, ad eam ^{omnem} seruatam, non iam litigaturi, ut haecenus fe-
 cistis, sed finem contentationibus vestris imponituri, et in manibus eius in quas
 vos vltro tradidistis, vestra utriusque reponatis iura, id est ad pristinum statum,
 cum scilicet primum illum ad iustitiam, reducat; absistentes utique a mutua conten-
 tione, qua liquidam aliquam causam, et perse claram commiscuistis, et obscuras-
 tis; Credo tamen, haud aliquam haec vobis scripturus, quod, quod iustum erit iu-
 dicabit, confusus nimirum aequitate eius, quod nihil sibi usurpaturus sit, quod
 iniquum habeatur, nihil non declaraturus sacro, et supremo Tribunali, quod ni-
 mi, quam aequum est, tributurus etiam vestrum utriusque, quod suum erit, adeoque
 quod iuris est, ut liberam scilicet quisque respectiue sui muneris, et officij, ad quod
 delectus est executionem sortiatur. Et sic utique gratam habebitis s. congre-
 gationem cui debita per Senatum per vos reuerentia, et veneratio, a qua bene-
 re desciuistis seruabitur, ^{omnem} Protectorem, qui nihil aequi, ac pacis stu-
 dia reformare apud vos desiderat, et nos, qui ambobus obsecuti, per Patentes
 nostras, quibus, et Prouincialem primum tum alios Prouinciae administrato-
 res intra tertium mensem instituiimus, eam officiorum distributionem iniui-
 mus, qua quisque contentus esse potuit, ac debuit. Sic facite, ut inter vos conci-
 liati, spartam quisque, quam nactus est excolat suae sorte contentus viuat, signi-
 dem sic oportet fieri, ne aliquam deterius aliquid vobis contingat, et si pergamis
 obstinati esse fiant nouissima vestra peiora prioribus, hoc est, dum inuicem




mordetis, inuicem consumamini. Alia testor Deum omnipotentem, cui se
in spiritu, qui inter vos, et me iudicabit, quod quantum ad me pertinet im-
planè sum à vestris perturbationibus, quibus vos ipsi me necis implicuisti,
me improbante imò et detestante in longum protrahitis, quas me ingemisce
ac condolente alias alijs adijcere (ut audio) non derisistis, quod eò dico, ut
imputentur irreligiositates vestrae, quæ domi regnant cum scrupulo pusillo
et scandala, quæ foris erumpunt, cum stupore omnium ad quos perueniunt. Cui
dicam de vobis quod Baruch olim dixit de Populo suo in dissentiones, et
dala similiter (si non minus) pro lapsu, exacerbastis eam, quæ nutriuit
conturbastis Jerusalem nutricem vestram. Conturbastis enim (ad verecundiam
vestram dico) siquis tamen vos pudor tenet) non solum Prouinciam vestram
cuius alumni estis, sed et totam Religionem, in qua educati estis, et aliter in-
quam ut turbas ciere, scandala scandalis ingeminare, aduersus superiores, et
vestros rebellare didiceritis, imò edacti estis obedientiam maioribus prebere
pacem cum fratribus colere, ab omni ambitu vos continere, ac non aliter certare
quam, ut quisq; maiorem humilitatem, et charitatem, quam alius præferat.
ita quidem fatigamini vosq; multis doloribus, laboribusq; inseritis, et tantum
non animi molestijs, et angustijs conficietis pro re tam parui momenti, quæ
est, vel triennis Prouincia administratio, vel annua domus procuratio, et
illa curis implexa, multis discriminibus periculisq; abnoxia, quam nemini
mentis non abruerit potius quam affectauerit, ut de vobis dici optime
quam accommodatissime possit, quod alias cum ambitionem Romanorum
configeret homo disciplina retinentissimus, et tenacissimus Tertullianus
ad unius anni curriculum defatigamini, scilicet Romani, quos exagitatio
pro adipiscendo consulatu unius anni (ut notum est) magistratui, et
nes, apud se scindebantur, et in partes totum (si poterant) orbem concitatis
nihilq; non mouebant, ut alter alteri tam breuis, et concisi temporis



399 631

tum periret. Non vos utiq; pudet, homines profanos in tam impotenti am-
bitione emulari, et pro re non tam levis, quam nullius plane momenti, si aliqua
comparatio ineatur sacra iuxta, ac profana, ut infami ambitioni, qua exardesci-
tis seruiant, confundere? Vos ipsi neque enim alios volo, testes estis si Deo gloriam
dare, postquam nostra studuistis, non confundamini, quod nihil amplius possum
nisi monere ac vos hortari, ut a priori animo resipiscatis, quando nostri ordines, nostra
iussa, et mandata, supervacaneè, ac frustra mittuntur, cum tantum ab sit, ut apud
vos proficiant, ut inde protervia vestra, temeritas, et contumacia maior, et longe
obstinatior existat. Et utiq; opus est dicam cum Propheta, curavimus usque dum
quoad in vobis fuit, Babilonem, quæ fuit utiq; mater, et sedes confusionis hoc est
Provinciam Venetam, quæ hoc pridem nomine apud nos diffamatur, ut constat ex
litteris Apostolicis in rem utiq; nostram hoc est minimorum olim expeditis, et tamen
non est sanata imò ex remedijs peius habuit; quando igitur curationem prorsus
omnem desquit, derelinquamus eam, ne oleum, et operam perdamus, ne irritetur
remedijs eius inualetudo potius quam curationem accipiat. Et ita quidem ergo
cum de cætero aliud nihil possim, relinquo eam in manibus Omnipotentis Dei,
qui solus medicinam tuam oblineatis, et pernicacibus malis facere potest, illi vos
Commendo præcorq; ut qui solus duritiam cordis sanare potest ille vos illuminet.
discutiâtq; tenebras, imò umbras mortis, in quas vos coniecistis, et mentium ce-
citatem abstergat, qua laboratis, quin et in manibus quoque Ser. Seratus, cui
ius patrociniū competistis, qua conscientia vos videritis relinquo, ut qui vos uti-
ciues suos, et alumnos habet pro iure directionis, quod magistratū erga Populares suos
conuenit, ita vos dirigat, ut nullum per vos ipsa Respublica detrimentum capiat, cum
enim Ecclesiam ipsam, et religionem nostram vestro contemptu, pernicacia, et con-
tumacia pessumdare quoad per vos fuit non sitis veriti, iure metuendum est, ne
scandala vestra, et schismata es prorumpant, ut nisi maturè per virgam directio-
nis compressa sint in aliquod Respublica damnū periculumq; redundent.



Qui enim Deo servare fidem contempsit, quam poterit servare hominibus? Datum Roma 18
si Valere poteris, quorum penè desperata est aegritudo.

